

in precedentibus, qui similiter per intrusionem accessit ad episcopatum. Iste quidem Bruno, quia senex fuit et debilis renuncia-
vit ¹episcopatu finiens vitam in habitu monastico in mona-
sterio veteris montis.

Adolphus primas Coloniensis pontifex XLVI.

Quadragesimus sextus tenuit pontificatum ¹Coloniensis ecclesie
sedens sub Heinrico IV. Philippo II. et Otone IV. imperatoribus annis 12
venerabilis presul Adolphus ^{primus}. Hic prius existens maioris ecclesie Colo-
niensis prepositus fuit ²filius fratris Brunonis III. ³supradicti.
Cum autem ⁴post obitum Heinrici IV. Romanorum regis supradicti
idem Adolphus ⁵Coloniensis et Theodericus Treverensis archiepiscopi
in electione discordi Ottonem IV. elegissent alii quidem principes
elicientibus Philippum secundum in regem - de qua quidem
electione facit mentionem ⁶decretalis Venerabilem ⁷extra de
electione ⁸idem Adolphus archiepiscopus Coloniensis dictum Otto-
nem electum suum Aquisgrani coronavit. Fuit autem ille
Otto IV. filius illius Heinrici ducis Saxonie, cui Fredericus I. im-
perator ducatum Westfalie abstulerat et contulerat ecclesie
Coloniensi; fuit quoque ⁹comes Bitaviensis. Orta igitur longa
et dira guerrarum ¹⁰inter dictos domines ¹¹scilicet Ottonem et
Philippum ad regnum electos discordia, dum Philippus poten-
tia et auxiliis maioribus multo stipatus milite Taleri sci-
licet Ottoni prevalet et propter fautoriam ¹²archiepiscopi A-
dolphi, qui eundem Ottonem elegerat, episcopatum Coloniensem
invadens absque resistencia longo tempore devastasset, fama
ipsius archiepiscopi Coloniensis cepit esse non integra apud
Ottonem suum electum, quasi ipse archiepiscopus contra Philip-
pum manum validam non apponeret, cum tamen secundum
comitis de Altena add. 6.

¹resignavit 1. 4. 4. 4. ²episcopatum 4. 4. 4. ³Adolphus exist. mai. ecol. prep. primus
ex. mai. ecol. prep. Col. fuit (!) ⁴2. v. autem deest 2. 1. a) Bruno 2. 3. x) mentionem 2. 3. y) vene-
rabilis deest 1. 1. 2) fuitque 1. a) guerr. 1. 2. b) duos 3. c) stipulatus indice 1. d) fautores 1.

²⁷ c. 34. X. de elect. (I, 6).